



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

2. Quibus personis conferenda? quantâ laesione opus ad hoc beneficium concedendum? quo tempore petendum? qui eius effectus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

*cap. in pari. de reg. jur. in 6.* Secus si unus læsus sit, alter non: vel si unus certet de damno vitando, alter de lucro captando. 3. competit etiam maioribus 25. annis ob justam causam. *cap. ex literis h. tit. præsertim absentia Reipublicæ causa. L. 1. & 2. C. ex quibus caus: major.* juxta illam generalem Prætoris clausulam, *si qua alia justa causa mihi videbitur in integrum restituam.*

2. Peti verò & peragi debet hoc restitutionis beneficium intra quadriennium continuum à tempore læsionis, *cap. 1. & 2. h. tit. in 6.* ex quo subducitur omne legitimum impedimentum *L. 1. ff. de divers. & temporalibus præscript.* modò cognitionem causæ præmiserit præsentem adversario, aut per contumaciam absente *L. 3. ff. h. t. L. in causa. 14. §. causa. ff. de minor.*

3. Effectus restitutionis in integrum est, quod pendente eius judicio regulariter nihil innovandum fit ab unâ vel alterâ parte, *L. un. C. rest. in integ: postulat à, ne quid novi fiat.* nisi cōtra petentem restitutionem fit vehemens præsumptio malitiæ, quod animo protrahendi executionem sententiæ eam petat: nam hoc casu fit executio